



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

21. Audistis quia dictum est antiquis, &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

vtraque hēc pars in Scripturis Iustitia vocatur) fiunt omnia legis vsque ad vnum apicem , quia vel legi obeditur in grauioribus, vel omnis transgressio in leuioribus ignoscitur. Sed insurgit iterum hoc loco Caluinus & ait. Prodigiosus est eorum stupor, quos non pudet sacrilega indulgentia remittere quod Dens seuerè exigit, & venialis delicti prætextu legis iustitia pessundare. Hæc ille hoc loco. Sed venialis delicti prætextu legis iustitia non pessundatur , quia & venialia delicta à lege argui & contra legis iustitiam fieri docemus cum Augustino, & contra legis perfectio- Lib. de nat. &c. grat. c. 12.

nem ad quam contendere semper oportet , non autem contra restitudinem necessariam faciunt; ideoque quād diu contra illa pugnatur , legis iustitia integerrimè seruatur , ut multis in locis Augustinus docet; maximè in lib. de perfectione iustitie. Vide opus nostrū de Iustificatione lib. 6. cap. 13. & seqq.

21. *Audistis quia dictum est antiquis, &c.*

**A**IT hoc loco superbus Caluinus, deceptos esse multos veterum , qui putarunt hanc esse legis correctionem, ac Christum suos Discipulos in altiorem perfectionis gradum extollere, quād potuerit Moyses populum suum. Moxque multis verbis docet, legem in se perfectam fuisse, nullusque legis defectus hic à Christo corrigi. Postremo cōcludit, non esse finendum Christum nouum legislatorem , qui ad æternam Patris sui iustitiam aliquid addit, sed tanquam fidum interpretem audiendum esse. Cæterum Christum verè legislatorem fuisse, Christus & ad æternam Patris sui iustitiam aliqua manda- verè legis ta addidisse , tum formaloquendi qua Christus lator. hic vsus est, tum aliæ Scripturæ manifestè docet. Hic enim docens, *Ego dico vobis, suam præcipiendi*

D 3 autho-

authoritatem ostendit, (dicendi enim verbum, ait ipse Caluinus, ad illa verba, Diligite inimicos, denuntiare vel præcipere hoc loco significat) quum reliqui Prophetae nunquam sic locuti fuerint, sed: Hæc dicit Dominus.

Vnde & postea sequitur in fine totius Concionis: Cùm consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbae super doctrinam eius. Erat enim docens eos sicut potestas p̄em habens, & non sicut Scribe & Pharisei. Quare legem quidē in multis interpretatur hic Christus, sed tum hanc ipsam interpretationem tanquam legislator promulgat (est enim legislatoris non tantum leges ferre, sed etiā eas interpretari) tum in quibusdam etiam corrigit legem veterem, ut

**Christus corrigit legem veterem.** De non dimittenda uxore nisi fornicationis causa, quum in ea liceret dimittere quavis ex causa, dato libello repudij; De non iurando omnino, de diligendo inimicos: tum demum quædam veteris legis mandata ipse alio quodam modo mandat & iubet: quale illud est. Mandatum novum do vobis, ut diligatis inuicem, sicuti eo loco explicabitur. Et iterum. Hoc est præceptū meum, ut diligatis inuicem. Et rursum sua mandata tantopere vrget, vr dicat: Vos amici mei eritis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Postremò Apostolicę legationis hæc summa erat: Docete omnes gentes, ducentes eos seruare omnia quæcumq; mandauit vobis. Quare hanc insanam Caluinii arrogantiam negantis contra veterum hoc loco doctrinam Christū esse legislatorem, Concilium Tridentinum iusto anathemate percussit. Alias probationes vide apud Andream Vegam de Iustificat. lib. II. cap. 7.

**Ioan. 14,**

**Ioan. 15.**

**Ioan. 16.**

**Matth. 28**

**Deff. 5.**

**can. 21.**